

infantis, in Circumcisione effusi, preciositatem. Et autem
 vere preciosus, imo preciosissimus, primus hic sanguis
 Christi: quia sanguis esset Dei est, personaliter cum
 homine uniti. Sed quid Deo praestantius, quid prestantius,
 quid excellentius? Nichil. Vere preciosus deinde est,
 imo preciosissimus, primus hic sanguis Jesu Christi,
 quia a Spiritu sancto est sanctificatus, Divino attestante
 Luca. Sed quid vel ipso Spiritu sancto praestantius, quid
 prestantius, quid excellentius? Nichil. Et insuper ve-
 re preciosus, imo preciosissimus, hic sanguis: quia ab
 omni peccato nos emundat. Sed hac emundatione
 quid praestantius, quid prestantius, quid excellentius? Nichil.
 Non immerito vixit etiam exclamo: O sanguinem
 vere preciosum! O sanguinem preciosissimum! O ex omni
 parte estimatissimum sanguinem! Tanta, tanta huius
 ipsius est praedicta, aut vel unica ejusdem guttuli in fi-
 niti mundi ab interitu vindicari possent, si vindicandi
 extarent.

Neolum tamen preciosissimum, sed et utilissimum hanc
 primam. C. sanguinem esse scitis, quid? Nonne hoc
 ipso sanguine incendium via divina extinguitur? De Crissa in
 Marchia Brandeburgica ito oppido legitur, quod, cum tra-
 no recuperata post Christum salutis supra mille annos qua-
 dringentesimum quodecagesimo vixit ibi incendium
 subito exortum esset, hoc sanguine vitilino tandem feliciter
 extinctum fuerit. Ah! quanto magis Christi Sacramentis, san-
 guis poterit flamma, via divina ardentissima extinguere.
 Sed porro? Nonne et ecclesiam edificavit hoc, hoc sanguine
 Christus? Edificavit utique, non sicut ac ex latere Adami divi-
 nientis eam extruxerat. Unde Distichon, quod inter nos
 Christianos circumfertur, notum:

Sanguine fundata est ecclesia: sanguine coepit:

Sanguine succrevit: sanguine finis erit.

Primus praeterea sanguis hic Christi ecclesiam ornat: Et etiam